957.

~~Lyrica [illegible]~~

222

no. 13.

[1822.]

A. J. Sverdsjö ?

A. J. Sverdsjö. —

Hermanni et Creuzeri de Mythologiae argumento sententiae examinantur. Accedit Apollinis mythi, e solo Homero descripti, specimen.

Cum per lapsum semestre spatium Homeri praecipue carmina, et libros, ad haec illustranda scriptos, legissem, librum, qui Mythologiam e solo Homero descriptam, non singulas Mythologiae partes exhiberet, frustra quaesivi. – Nam e Riccii dissertationibus et Futhii antiquitatibus homericis, Argent. a. MDCCXLIII editis, quibus nonnulla ad Mythologiam Homeri spectantia hic illic inserta sunt, nil scilicet discitur, nisi quomodo Mythologia et Antiquitates non sint tractandae. His Heynii, viri summi, observationes nonnullas mythologicas in editione sua Homeri et N. J. Hermanni librum de Mythologia germanice scriptum a. 1787 et 90, addam, de quibus libenter taceam, nisi Vossius, vir illustris, his commotus duo edidisset scripta (Mythol. Briefe, 2 Bd. Königsb. 1794. u. d. Rec. d. Hegn. Sommers Allg. Lit. Z. 1803 № 123–141.), in quibus ad Homeri Mythologiam pertinentia explicans argumentis perspicuis probavit, quid de horum duumvirorum Homeri, si Mythologiam tantummodo respiciamus, illustrandi studio censendum esset. – Quo eruditior Vossius in his scriptis singulas Mythologiae Homericae partes tractavit, eo magis epistolarum formam, qua impediebatur, quo minus certo quodam ordine et una serie omnium mythorum nexum ob oculos poneret, suis scriptis eum elegisse nobiscum dolebunt, quicunque sciunt, quanta in hac praecipue philologiae parte perspicuitate, quae e certo mythorum ordine eorumque nexu inter se oriatur, opus sit. – Quae de Vossii librorum

forma dixi, dictum velim putes de Hermanni et Creuzeri, philologorum principum, epistolis de Homero et Hesiodo, Heidelb. a. MDCCCXVIII editis, in quibus tantum acuminis eruditionisque invenitur, quantum ab his duumviris exspectare soliti sunt eruditi. — Haec magna Mythologiae Homericae conscribendae adjumenta licet jam diu in lucem prodierint, semper adhuc desideratur liber de Mythologia, in quo ceteris graecis scriptoribus, ut ita dicam, neglectis e solo Homero quisque mythus ejusque nexus cum ceteris perspiciatur, ita ut Mythologia Homeri imago quasi vitae atque actionum deorum ex Homericae aetatis opinione esse videatur. — „Quid vero? habesne causam, cur a plurimis iisque doctissimis Mythologiae cultoribus, v.c. Creutzero, Sicklero decedens, si Mythologiae tractandae rationem respiciamus, Mythologiam e solo Homero, Hesiodo et reliquis poetis conscriptam tam necessariam esse putes?" — Audio, et, quaecunque habeo ad rationem meam confirmandam, proferam, haud immemor, me illam quaestionem, si hanc Mythologiae partem ea, qua res per se jam gravissima exigit, ratione explicare velim, haud paucis absolvere posse, sed singulari libro opus esse, ut omnibus, quae de hac re viri eruditi scripserint, inter se collatis singulorum systemata describam et quae false dicta sunt, a veris discernam. — Sed ut hoc faciam, et viribus et tempore careo. — Hermanni tantummodo et Creutzeri de argumento Mythologiae sententias, quas in illis jam laudatis epistolis de Homero et Hesiodo hic illic deposuerunt, memorans, iisque meam sententiam addens iis, quae exquirere promisi, satisfecisse mihi videor. Veniamus igitur ad rem. —

Veram mythorum tractandorum rationem quaerentibus duo inprimis res sunt respiciendae, argumentum Mythologiae et deinde mythorum origo eorumque processus i.e. ratio, qua mythi ab aliis gentibus aliis sint traditi. — Ad hanc posteriorem partem cum plura attineant, quae nil utilitatis in quaestione nostra illustranda habeant, et quae, accuratiore quidem disquisitione digna, paucis absolvere nec volumus nec possumus, ne fines hujus dissertatiunculae transgrediamur, de Mythologiae argumento tantummodo, nonnullis de mythorum origine eorumque processu, quae necessaria videantur, adjectis, disseramus. — Mythologiae orbem, ut ita dicam, ceteris populis neglectis Graecorum tantummodo antiquitatem amplectendam esse, hoc e veterum philologorum more Hermannum contendisse, qui alioquin a veterum Mythologiae cultorum stat partibus, nonnulli ea, quae p. 14 et p. 59 l.m. dicta sunt, non satis intelligentes, false opinantur. — Quis enim non sentiat, Hermanni verba attentius perlegens, eum de Graecorum Mythologia, utpote primaria et ad finem, quem sibi constituerat, aptissima universae Mythologiae parte, disseruisse, nec singulos singularum gentium mythos in Mythologia tradenda excludere voluisse. — Sententiam hanc ut adfirmem, dubitantes ad p. 65 et 119 l.m. dicta ablego; quibus perlectis quisque, credo, sibi persuasum habebit, mythos Orientis gentium, quamvis Hermannus in Graecorum Mythologia tractanda eos parvi quidem momenti, quod equidem non probo, esse putet, plane negligere eum non voluisse. — Minime autem mythi orientalis tam parvi,

quam Hermannus ess faciebat, habendi videntur sunt e vestra sententia. — Humanam enim gentis ex Asia media originem quam diuersae nemo negabit, nisi qui Nasci, domicilium primi hominis in Borussia fuisse putantis, (v. facetiarum in pelz's Rhein. Forts. d. Manuscriptes nicht Kants. Königsb. Gelb. 1805) partes sequat. — Quid vero? populos per omnem orbem terrarum propagatos ideanum, quas de deorum natura, de hominis undique origine, eorumque nexu (conubio) cum diis jam habuerint, post domicilii mutatione plane exutos esse aut posteris non tradidisse, num probabile est? — Minime. — Harum enim ideanum, quas coeli, terrae, temporum aliarumque rerum vis maxima, vinculum, cum humano genere insita sint, nunquam et nusquam exstingui possunt, sed, licet occultae, semper tamen adsunt, nisi res ipsae, quarum imagines quasi sunt hae ideae, deleantur. — His accedit, quod graeci, tam foreignibus temporibus commercii aliisve causis saepe ad Graecos perveneruntes, multos acceptissent mythos, acceptos mutarunt, vel alias ideas his mythis sufficientes, vel ideas, quae in Orientalibus mythis latebant, fictis narrationibus vestientes quasi et exornantes, vel mytho non mutato nomina Orientalia graecis nominibus appellantes, ita ut nova Mythologia, quae graecis tantummodo propria esset, evaderet, quam ob rem iam Graecorum mythos describentes ad aliarum gentium mythos respiciant necesse est. — Quicunque igitur humanae cogitationis exordia apud singulos populos inter se conferet, et quomodo e cujusvis populi moribus commutata sint, exquirit, facile intelliget, quantam utilitatem voluptatemque haec disquisitio praebeat non solum hominibus, qui libros de hac re scriptos legunt, quid ex illo Terentii „humani nihil a se alienum putant", sed etiam doctissimis Mythologiae cultoribus, qui ex hac quaestione, cum de Mythologiae fundamento quasi disseratur, fumum percipiant pro rem. — Sed ad aliam eamque falsam, ut mihi videtur, rem etiam, quam Hermannus p. 662 l. m. de Mythologiae argumento proposuit, transeamus. — Scripsit enim l. m. Vir famosus haec: Die Mythologie ist ihrem Ursprung nach weder philosophisch, noch historisch, sondern poetisch, und die in ihnen liegenden Ideen sind weder philosophische noch historische Ideen. — Quibus attente perlectis nemo erit, qui huic sententiae non aliquid deesse negabit. — Tantum enim abest, ut in Mythologia nihil aliud, quam mythorum ideamque, in his mythis depositarum, historia i. e. mythorum et deorum enarratio omnium, quas de singulis mythis eorumque explicatione veri eruditi omnium temporum habuerunt, opinionum tradatur, ut potius ideanum, quae in his mythis latent, investigatio, mythorum origo, ideamque commutatio apud singulos populos gravissima sit Mythologiae pars. — Quam quidem sententiam de Mythologiae argumento non satis distincte expressam esse Hermannus ipse intelligens historiae ideanum et ipsarum ideanum notionum commutatione id, quod minus recte contenderat, corrigere voluisse videtur. — Dicunt enim l. m.: Die Art, wie die Alten philosophisch verfuhren, war eine ganz andere, als die historische, und deshalb ist auch noch niemand auf den Gedanken gekommen, die philosophischen Ideen mit den historischen zu verwechseln. — Quomodo enim historiam mythorum et ideanum philosophicam appellare possumus, nisi ideas, quae in his mythis

continentur philosophicae tractationi subjiciamus? —
Verba Hermanni tali modo intelligentes sententiae ipsius libenter accedamus. — His igitur, quae de Mythologiae argumento in libro laudato disserit Hermannus, probatis transeamus ad illa, quae de eadem re Creuzerus, vir summus, scripserit. —
Quemadmodum enim Hermannus plus minusve veterum Mythologiae cultorum, acumine et ingenio conjuncto cum severiore historico-critica arte res Mythologicas tractantium, sententias probat, at ingenii vi omnibus excellit, ita Creuzerus (vir summus) nostri temporis Mythologiae cultorum, qui Hermanni sententias maxima parte non probantes criticam in mythis tractandis artem non curant, et illas in mythis latentes ideas sentire malunt, quod illi quidem verbo (Ahnen) experiuntur p. eg. l. n, quam intelligere, dux quasi est et princeps. — Ut autem nobis lucidentius appareat, quibus rebus ab Hermanno dissentiat, aut huic ipsi assentiat Creuzerus, eodem, quo supra Hermanni sententias proposuimus, ordine perpendamus, quae de Orientalium mythorum in Graecorum Mythologiam tradenda ipse, de argumento ejusque tradendae ratione dixerit Creuzerus. —
Quod ad primam quaestionem de Orientalibus mythis eorumque nexu cum Graecis attinet, in nonnullis rebus Hermanno assentit; sed eodem modo, quo justo minoris, ut supra diximus, eorum usum fecerat Hermannus, Creuzerum nos mythos justo majoris habuisse cupitas ire non possumus. — Quis enim Creuzeri sententiae p. 931. n. propositae: Wie sich nun Asien, als Heimath unsers Geschlechts, als Ursitz unsers Glaubens und Wissens, als Land und Meer und Luft und Licht und Leben, zu Europa verhält, so verhalten sich auch seine Mythen, accedat? — Num tam stultum et sensu communi plane carentem credere licet hominem, qui vix factus elementa tantummodo, ei puero tradita, sciat, nec ullo modo cognitionem suam auxerit? — Quo minus populum? — Quid? quod gentem, quae qualiacunque ab aliis ipsi sint tradita, ex suamet ipsa indole, et terrae coelique ratione commutaverit, nunquam exstitisse historiae docet; quod Graeci omnibus et antiquitatis et nostri temporis populis animi alacritate excelluisse dicuntur. — Creuzerum his verbis rem supra veritatem auxisse patet, sed sine causa haud probabile est. — Causam quaerentes sciant, eum, sua quidem sententia, hanc ne equidem rem aequo majoris auxisse, ut opinioni suae adversarios, quorum multos Orientales mythos non curantes putavit, meliora doceret; deinde ut, cum arctiores Mythologiae orbis constituisse fines recte intellexisset Hermannum, qui auctoritate sua apud multos multum valeat, quacunque ad suam opinionem confirmandam formicorem et (Allem) Hermanni refutandam vanam reddendam utilia sint, sibi conciliaret. — Quanto autem ingenio quantaque dicendi fermonis quoque arte ille hos Orientales mythos eorumque in Graecorum mythos momentum tractet, Mythologiam suam ipsius perlegenti facile apparebit. —

Hanc quidem Creuzeri sententiam probantes ad illam de Mythologiae argumento transeamus, quam rectam esse omnino negamus. — Contra Hermannum enim, qui in mythorum idearumque in his mythis occultarum, enarratione consistere censuit argumentum Mythologiae, cui disquisitionem de harum idearum origine, genuina significatione earumque processu (Fortgang) adjiciendam esse putavi, contendit Creuzerus, mythis ipsis allegoriisque respectu digniora esse humanae cognitionis exordia, quae cum ad homini sanctissima et gravissima spectent, nullo modo extingui possent, sed apud omnes populos una eademque esse debeant. — Contentus igitur, si hae ideae, quae, ut ipsius verbis p. 115. utar, nur Originalgedanken, durch einen göttlichen Blitzstrahl im innersten Geiste des Menschen erzeugt und in ein glückliches Bild gefasst sind, apud omnes antiquitatis populos exstitissent et imaginibus excultae populo traditae fuissent, nil eum moratur quaestio, quomodo quivis populus has ideas intellexerit, mutaverit et alii tradiderit. — Ut Hermannus Mythologiae studium historicum magis, quam philosophicum, ut supra vidimus, reddere voluit, ita Creuzerus, Hermannum plane contradicens, philosophicum tantummodo esse Mythologiae argumentum et studium his p. 94. designat: die wahre Mythologie ist doch nichts anders als Reproduction ursprünglicher Anschauungen und Ideen; — quibus verbis patet, eum duas illas Mythologiae partes, historicam et philosophicam, confudisse, quae, nonnullis quidem rebus conjunctae, multis tamen, si earum vim praecipue respiciamus, inter se sunt diversae. — Historicam Mythologiae partem, cum plane negligere non possit, eo quidem effugere studet, ut Mythologiae materia (Stoff), quae via historica nobis tradita est, reproductionis nomine philosophice tractet, non curans, qua via ad nos hujus reproductionis cognitio sit perlata. — Quantam autem obscuritatem, de qua Hermannus quoque p. 61. l. m. loquitur, haec Mythologiae partium confusio afferat, intelligent atque nobiscum dolebunt, quicunque Creuzeri Mythologiam, egregium quidem et eruditionis et ingenii ipsius specimen, perlegerint. — Paucis his de Creuzeri Mythologiae tractandae ratione dictis unum adhuc addam locum p. 116. l. m., miram sane et prorsus singularem sententiam distinctum. — Studio enim idearum tantummodo tractandarum et mythorum apud varios populos et variis temporibus mutationis nihili habendae conductus haec contendit: Es kommt nicht darauf an, wann und in welchem Jahrhundert die Erklärer (nämlich d. Mythen) aufstehen, sondern welche geistige Sehkraft er hat. — quam sententiam refellerem, nisi quivis ipse intelligeret, quam longe a recta via, omnium aetatum scriptores eandem auctoritatem habere putans, Vir summus erraverit. — Omnes laudatis epistolis hic illic insertos locos, qui ad Mythologiae tractandae rationem spectant, proposui, et pro viribus meis falsa a veris secrevi. — Restat igitur, ut ad quaestionem, a qua orsus sum, respiciens paucis de Mythologia e solo Homero, Hesiodo et rel. conscribenda disseramus. —

Iam initio mythum definire debemus, quod si Hermannus et Creuzerus, qui mythi notionem sibi communem supponerent, nolam esse putarunt

accipient, multis rebus mythologicis non disputarent. Mythus autem est enarratio rerum, ad religiosas et cosmicas, quas vocant, ideas spectantium, quae, quamvis nunquam gesta sint aut si historicos mythos respiciamus, facto aliquo nisi enarrationis tamen ornamento magis magisve ita mutatae (reperiantur) ut reliquis mythis similes esse videantur, tanquam revera gesta producerentur. — Mythologia vero est mythorum scientia duasque habet partes, quae e mythi definitione nascuntur, historicam et philosophicam. — Cum autem historica Mythologiae parte nitatur philosophica, Graecorum Mythologiam, omnibus postulatis respondentem, prius (exhaurire) non possumus, quam si severiore arte critica adhibita ex omnibus graecis scriptoribus e temporum serie historica Mythologiae pars elaborata fuerit. — Quam ob causam non modo utile, sed etiam necessarium esse mihi videtur, si quis singulos e singulis scriptoribus mythos eorumque nexus cum ceteris describat. —

His Apollinis mythi ex Homeri carminibus delineati primam partem addam, alias sequetur integer ille mythus, si tibi, doctissime Professor, cujus judicium cum in aliis rebus, tum praecipue in hoc antiquitatis studio plurimum apud me valet, haec Mythologiae tractandae ratio haud contemnenda visa sit. Sin minus, errasse (me) juvabit, cum error talis occasionem praebeat meliorum de hac re abs te accipiendarum sententiarum. —

re debemus

Apollinis nominis etyma negligentes initio dicendum est, quam ideam primitivam (Grundidee) Apollinis mythi mihi esse videamur. — Maxime enim mihi persuasum est, Graeci, Apollinem Dianamque solem et lunam significare patentis, rectam esse sententiam, partim quod apud Homerum, antiquissimum Graecorum poetam, nullum hujus significationis vestigium invenitur, partim quod homines, ut jam Hermannus recte monuerat in libro: Hymn. in Mercur. Lips. 1819. p. 109. —, deorum, quos quotidie in coelo versantes vident, non tam solvendi (solvere) possint, ut ipsorum negotium transferant in alios deos, Ἥλιον — et Σελήνην. — Hermannum igitur sequamur, cui Apollo nihil aliud esse videtur, quam quod nomen ipsius jam exprimit: ἀπόλλων, necinus, i.e omnia delens necessitas (Allles vernichtende Nothwendigkeit) aut mors, qui omnium incertus est, omnium malorum summam habebatur. — Obiter notatu dignum mihi videtur, virum doctum, nescio quem, in annal. litt. Heidelb. Philol. 1810. p. 158 ante Hermannum hanc opinionem in medium tulisse, ut Sophocl. Oedip. Reg. v. 150 segg explicaret. — Illam sententiam autem primitivam esse locus quoque Iliadis, ab ipso Hermanno neglectus, sed notatu dignus mihi videtur. — Est vero hic N. 24. 62. ubi Apollinem Juno nominat: κακὸν ἔτλης, ἀϊδὲς ἀτιμότατε. — Hactenus Hermannum sequimur. Tantum enim abest, ut Hermanni de Apolline λοιμίῳ et ἐπικορίῳ sententiam, satis quidem acutam, probemus, ex qua Apollo, homines luibus exstinguens, λοιμίος et contra ipsas luies exstinguens (ἀπόλλων), ἐπικόριος dicatur, ut prioris quemvis deorum, non solum Apollinem, priorem tatem habere putem, ex qua

quaecunque res, aut malas aut bonas, nominibus comprehenderit, eas
privare et retinere possit. — Ita quoque loca Sciacis I. 43 sqq. et v. 382
explicanda mihi videtur, cui difficultatem inexplicabilem inesse
dixit Creuzerus Symb. III. p. 201. —, nisi σφυρίειν significare ponamus
sicem, quo lues et oriatur et finiatur. — Quod autem quomodo fieri
possit, me non satis intellexisse ingenue fateor. — Fit igitur Apollo
deus mortis, quo ei naturae necessitate vita excedimus; dicitur, si
quis armis in proelio moriatur, eum ab Apolline ictum esse nusquam di-
cit Homerus. — Graecos arcum sagittasque, utpote mortis symbola, ei
dedisse non contendam, quia his armis Graeci non utebantur; sed
hunc mythum ex Asia superiore per Lycum ad Graecos venisse
cum Creutzero existimem, quod ex his armis, quorum usu Thraciae
et Asiae gentes notae fuisse ex Homeri Il. 2. 827 et 848 collato Eusth. ad
h. postr. vers. patet, (nec quidem sententia) colligere possumus. —
Primitivam illam Apollinis mythi ideam jam Homeri temporibus ita mu-
tatam erat, ut Apollo mortis e naturae necessitate praecipitis tantum-
modo, non mortis armis vel morbo addicti habeatur auctor; quae
quidem opinio e sagittarum velocitate originem fuam duxisse videtur.
Apud Homerum Apollo semper viros ac Diana feminas ferit, uno loco
Od. 5. 123 sqq. excepto, ubi Diana Orionem interficit. — Qui tamen
versus an Rhapsodorum sit, nec ne libris necessariis careas explorare
non potui. — Cum autem in nullo libro omnes ad hunc mythum spec-
tantes locos collectos invenerim, eos hic nominare eorum quae argu-
mentum praeceps proponere a nostro proposito non alienum puto. —

Filios et filias Niobae ferunt Apollo et Diana Il. 24. 605, Syriae insulae inco-
lae nunquam aegrotant, sed aetate senili Apollo et Diana eos interficiunt,
Od. 15. 409. xxxx; quemcunque Apollo sagittis suis icit, mortuus (ἐσσύμενος) et re-
cens interfectus (πρόσφατος) nominatur Il. 24. 758. —; Frontem, Menelai guber-
natorem, navis clavum (gubernaculum) habentem, Od. 3. 280, et Phexenorem
juvenem in regia confodit Apollo Od. 7. 64. — Achilli Thetis praedixerat, eum
sub Ilii moenia obitum esse sagittis Apollinis, Il. 21. 278. — Purgatum juvenem,
Od. 8. 227., et Otum Ephialtemque adolescentes Od. 11. 318 Apollo occidit. —
His addenda sunt Od 17. 251 et sqq. versus, notatu minus digni. xxxxx
Ex his locis inter se comparatis colligere licet, mortem placidam primitivam a
hujus mythi non esse ideam, quae quidem Hermannus existimat, sed mortem subitam; 1a
praecipue si perpendamus, mortem subitam mortis placidae causam esse.
Nostrae sententiae id quoque facet, quod Homerus versus: ὃς ἀγαθοῖς
βελέεσσιν ἐποχούμενος ἠκέα χῆρον, quo semper utitur, ut hoc Apol-
linis negotium exprimat, uno loco Il. 21. 278, de quo paulo post loquemur,
excepto, semper aliquid addit ad subitae mortis notionem tollendam; cum
ap. Od. 3. 281 Frontem morientem describens dicit:

πρόσθιον ἰῷ χεῖρα βάλ' ὀξέος ἐγχείαο.

et Il. 24. 757, ubi Hector mortuus ἐσσύμενος et πρόσφατος esse dicitur, ei
similis, qui ab Apolline confossus est. — Quid? quod Homerus Il. 21. 278, ubi
vulgarem illum versum neglexit, et hoc

ἦ (Thetis) μ' (Achilli) ἐφάσθη
λαιψηροῖς ὀϊστεύσας ἀπὸ μαστοῦ βελέεσσιν. —

utitur, primitivae ex Hermanni sententia ideae nullo verbo mentionem
faciat, mortem autem subitam illis λαιψηροῖς βελέεσσιν exprimat. —
His certis, ni fallor, argumentis docuisse mihi videor subitae mortis

notionem primitivam esse ideam mythi Apollinis, qui idcirco nomen ἑκάεργος, ἑκηβόλος, ἑκατηβόλος, ἑκατόβολος, ἑκαέργης appellatur. — His verbis longe sagittas ferientis inesse negat Hermannus. Dicit enim p. 99. lib. de Musis haec: Wir haben auch alles mögliche anderen Leuten von Griechischen, mehr als billig, aufgebürdet, und viel mehr als sich mit der ἑκὰς βολή, die sonsten Apollo führt, vereinbaren lässt, mit dem Begriffe des Wortes, seinen wahren Ursprung, und auch seine Form zu finden, als [illegible] also, so gut auch Goldfeil, ἀγανός, und ähnliche, [illegible] — haec talem addens, verbi ἑκηβόλος et sim. scilicet etymon ἑκὰς esse non posse, quia verbum ἑκὰς adverbio et genitivo neutrali legatur. — Quam quidem sententiam, cum ab Hermanno, viro summo tam confidenter expressa sit, argumentis repellere necesse est. — Quantae enim sententiae suae firmandae vim causa adjuta habeat, jam eo apparet, quod eodem modo, quo Hermannus, contendere possim, ἡμ. ἑκάτιον e longinquo advenientis significationem non habere, sed aliam, nescio quam, quia ἑκάτιον nullibi legatur. — Verbum autem ἑκηβόλος a Graeca lingua non abhorrere Find. Pyth. 3.86 nos docet et Strabo 10. p. 345. — Quid verb. quod Il. 5. 54 verbum ἑκηβολίαι, peritiam hastae longe mittendae significans, quod ex voc. ἑκὰς luculenter apparet, invenitur. — His accedit, quod, ut supra jam docuimus, subita non placidi mortis primitiva est idea mythi Apollinis, qui hanc ob causam Il. 7. 69 vulturi, quem Od. 12. 87 ἐλαφηβόλον πετεηνὸν nominat, similis dicitur. Quomodo autem mors subita, quam Apollinis sagittae afferunt, et mors subita, cujus auctores Harpyiae sunt, inter se differant, facile intelliget, qui cum Od. 3. 280, supra laudato conferet Od. 1. 242, ubi haec:

νῦν δέ μιν ἀκλειῶς ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο.
ἤκεστ' ἄϊστος, ἄπυστος. —

---

x) Versus Od. 20. 150 et 276, quos invigeras, Mythol. d. Griech. ed. sec. Tom II. p. 140 nota, suae sententiae favere putat, ita non intelligendos esse, alia occasione docebo.

xx) Cf. Od. XII. 341 et XI. 488. — Klopfero, cf. Nitzsch Mythol. [illegible] ed. nov. p. 244 not. nullo modo affirmare possumus, qui veteres Graecos divinam i. e. felicem nominasse vitam longam ex Od. 3. 244 colligit, ex quo loco nihil aliud patet, quam ut Homerus Nestorem ob longam aetatem (ἐπεὶ δὴ τοῖον ἔτλη γῆρας ἐπὶ θνητοῖσιν ἀνέξειν) dis semper gratum (ἀλλὰ μάλ' αἰεὶ) similem nominat. — Il. 22. 58 et Od. 15. 353 aliter Hesperi sententiae contradicit. —

xxx) Errat Ammius in Lexic. Hom. p. 159. verbo ἑκηβόλος, quomodo ob symbola sua Apollo appellabatur, succulentis palmis inesse notionem putans. Apollini enim arcus argenteus tribuitur ex vulgari illa opinione, qua deorum tela aliaeve res e meliore ac praestantiore materia factae fuerint, quam hominum. —

xxxx) Hunc locum Creuzerus: Symbolik Samml. p. 202 sic explicat: Bei alten Völkern, wenn die Pfeile der Gottheit zugeschrieben werden, bringt man Krankheit und Tod in Verbindung damit, und meint, sie seyen die Ursache davon. — Quae quidem explicatio ab Homeri et cogitandi et loquendi more alienissima est. — Dixerit potius Homerus: vixerunt beati, ἐΰς ἔκ γ' ἔφατ' ἔκηβος καὶ ἑκατηβόλος.

xxxxx) Versus, qui ad eandem Dianae mythi partem spectant, quamvis ad Apollinis mythum illustrandum tam necessarii non sint, tamen indicabo. Sunt eum: Il. VI. 205. 428. — Il. XIX. 59. XXI. 481. seqq. — XXIV. 605. — Od. V. 124. VIII. 318. XI 173 et 199. — 16. 324. XV. 409. 478. XVIII. 202. XX 62. 80. —

---

finis. —